



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lectio De Iudicvm In Ferendis Sententiis Vero Et Necessario Officio

Matthieu, Pierre

Lvgdvni, M.D.LXXXVIII.

R. P. F. Lvdovico Lopez Theologiæ Professori Meritissimo Virtvtvm &
doctrinæ plurimis ornamentiis per Hispaniam celeberrimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41277

3



R. P. F.

LUDOVICO LOPEZ
THEOLOGIÆ PROFESSORI
MERITISSIMO VIRTUTVM
& doctrinæ plurimis ornamentis
per HISPANIAM
celeberrimo.

PETRVS MATTHAEVS
συντάκτειν.

Gracorum Paræmia illa solennis En t's
ēt̄ ogāy yīyyet̄āy āvθḡmois ēpāy Amor ex
videndo nascitur mortali'bus, falsa mihi se-
pius visa est eamque modo irritam nouit,
qua mutuo conspectu inter homines amorem ac beneno-
lentiam igni solere prædicat. Mirari n̄m̄q̄ s̄oipius soleo
quis magnes quæve sympathæia me in tui amorem &
benevolentiam compulerit, cum ipse amor in incognitum
non feratur, & hoc bono omni' etas ēr̄ conditio non
n̄e bearit, vt tua aliquando præsentia mil' frui licuerit
ita vt neuter sit alteri de facie notus. Sed perspica-
ciores oculos habent animi quam corporis, eo que con-
spectu multo puriores constantioresque na'scuntur ami-
citiae quam corporum coniunctu. His oculis eximium
quotidie intueor amplector Lopæsum, eius summo te-
neor desiderio ipsum exosculor quoties in eius scriptis
luxuriatur oculus. Tui nominis (vir clarissime) splendor
& felix hic animus tuus vndique conspicuus me ad te
omnibus votis suspiciendum & amandum excitauit, in

α ε οινις

D
cuius pignus & Symbolum hoc munusculum qualemque sit pro maioris arrabone mitto, quod hilari fronte & pro tua in literarum studiosos benevolentia susceptum confido. At forsan iuuenilem & audaculum istum conatum idque iure optimo reprehēdes quod agrum post tot celeberrimos cultores & occatores denio sulcare audeam in hac de Indicu[m] officio materia & questionem explanare contendam quam elegantiissime scriptis exornarunt varij Authores. Scias hoc subiectum ex animi sententia non exilisse, sed doctissimorum VALENTINAE Academie Professorum authoritate apud quos paucis diebus commoratus illa[nd] publicè suscep[ti] exponendum non multis vigiliis matutinum, aut longa premeditatione elaboratum sed veluti scitis quadrigis lampada mihi traditam absoluere volui, non in hac duntaxat ingenij specimine sed in grauioribus materiis qua[nt]a iuris potiorem Celsitudinem comitatur quas ubi maturuerint typis deuouere speramus, sed omnia argumenti rerumque amplitudine elatiora, atque grauiora & verborum splendore illustriora atque ornatoria, & concinnitate venustiora & varietate ipsa gratiiora conspicuntur. Inuitus enim patior hoc exiguum specimen absque commite & remigio in his symplegadibus sinuosissimis iuris recessibus vagari, sed precibus consequitus est vir eximius PETRVS LANDRY de tua Hispania tam præclare meritus, quod nec pretio aliquando licuit, non ut faum & gloriæ gloriæ equum propitium redderet, ex culicibus enim non sperat elephantes, sed ut animum virtusque obsequentiissimum testaretur. Tuis auspiciis Lectar succensus ad meam pariter euoluendam lectiūculam intersticium temporis aliquod impartiet. Si vero eius palatio hac minus arrideant sat erit tibi soli Theologiae & iuriū præclaris insulis exornato mihi, musisque (cum Antigomide musico) cecinisse. Bene vale. R.T. Deus sospitet.

DE